

ma diligentia summoque rigore exequi jubebantur Duumviri. *D.* Miserabilis & deploranda profecto tunc fuit religionis nostræ conditio. *E.* Sic omnino est.

Colloquium XXV^{tum}.

De reformatione in politicis.

FELIX et GRATIANUS.

F. Quænam agebantur in reformando statu politico? *G.* Easdem cunctarum rerum expertus est mutationes. *F.* Enarra, quæ tibi innotescunt, ego & mea, quorum recordor, addam. *G.* Remotis Senatoribus & Assessoribus judicii civici Evangelicis, mere catholica eligebantur membra. *F.* Jureconfulti & Syndici, nec non Advocati, Procuratores & Scribæ fuerunt exauctorati. *G.* Omnes officiales, opificarii & mercenarii civitatis, missæ sacrifi-